

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Origine Beneficiorum. Tit. 1

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

De Origine Beneficiorum.

SUMMARIA.

1. *Origo Beneficiorum, Religio erga Deum.*
 2. *Est ea juris Naturalis. Quare.*
 3. *Sacrificia quando nata.*
 4. *Ob quas causas introducta.*
 5. *Sacrificare quid.*
 6. *Qui primum sacrificaverunt.*
 7. *Qui fuerint Sacerdotes ante & post Moysem.*
 8. *Quae ipsis relictæ.*
 9. *Ethnicorum veterum & modernorum Sacrificia: & Sacerdotes.*
 10. *Quam curam habuerint cum Sacerdotibus suis Ethnici veteres.*
 11. *Quam hodierni.*
 12. *Quam Ecclesia Christiana Antiqua & Hodierna.*
 13. *Bona habuit Christus.*
 14. *Habuerunt Apostoli; Et undē.*
 15. *Cur Christiani Bona sua contulerint in commune vendiderintq; immobilia.*
 16. *An ad bonorum communicationem fuerint adstricti.*
- [A] 2 17. *Post*

inus
sonis
Ecclesiastis

IV.
Z

Cory
De Per-
er Benefi

G

- 4 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.
17. Post tempora Apostolo- 23. Quomodo debuerint al-
rum caperunt bona im- tribui.
mobilia tradi Ecclesias
Matricibus, ut ex eorum
fructibus alerentur offre-
rentes & egentes.
18. Qui fuerint praecep- 24. Numerabantur inter
liberales erga Ecclesiam pauperes. Ecclesia Pro-
Romanam.
19. Cur Ecclesias acce-
rint Principatus.
20. Quare Ecclesias oblati- 25. Qui dispensandi mo-
ones fecerint Christiani,
cum Principes, tum alii.
21. Unde excreverint Ec-
clesia opes in immensum.
22. Qui eas habuerint in 26. Antiquatus : Orta
sua potestate olim, &
quomodo.
27. An Beneficiatus po-
sit de Beneficiorum fru-
ctibus disponere & in-
starci.
28. Quae hic Principium
Secularium auctoritas.
29. Quid statuerint circa
Bonorum administrati-
onem Concilia.



1 Rigo Beneficiorum eorumque fons, est Regio et
Deum.

2 Quae est Juris Naturalis Gentium. 1.2. ff. de Juff. &
Jur. Primò; Quia rationi Naturali insitus est senti-
Dei, ejusque cognitio. Cicero lib. I. de Legib. & V. In
sculan. ait; Nulla gens est, nec tam immanis uita, nec tam ferrea qua etiam
ignoret, qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat. D. Augu-
stinus lib. 83. question. qu. 5. i. idem confirmat; Seneca epist. 118. I. p.
119.

bit; Apud nos veritatis argumentum est aliquid omnibus videri, tanquam Deus esse inter alia hoc colligimus, quod omnibus de Diis opinio insta est, nec aligens usquam est adeo extra Leges, moresg projecta, ut non aliquos Dei usseredat: Secundus; Quia creaturæ ipsæ earumque consideratio, est quoddam summum numen, summam causam, eumque verum Deum, qui hac omnia fecit & conseruet, docent: ut docet Job cap. 12. vers. 7. & seq. & liber Sapientiae cap. 13. vers. 5. Dicit D. Paulus epist. 1. ad Corinth. cap. 13. vers. 12. Videmus, Deum (in creaturis) tanquam inenigmate. D. Prosper lib. de vocatione Gent. cap. 1. Tanquam in volumen magno, cuius paginae sunt elementa D. Bernardus libro de considerat. dicit, & per illas ascendimus ad Deum tanquam per scalam. D. Augustinus libro de Spiritu & littera, ait; Eos qui non cognoscunt Deum per creature, detinere veritatem in iniustitate, & veluti comprimere fauces earum; inquit, ut Idem habet, lib. 7. confession. cap. 13. omnia condita laudent Deum: D. Ambrosius ad epist. ad Romanos cap. 2. inquit probet; Ipsa natura proprio iudicio Creatorem suum cognoscit, non per legem, sed per rationem naturae; Opus enim Opificem cernit in se: Cicero de respons. Hannibalis; Quis est tam vecors qui, vel cum suspexerit in caelum, DEUM non sentiat? & ea qua tanta mente sunt, ut vix quisquam arte ulla orationem rerum atq. vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet.

Cum Religione & cultu Dei statim ab initio nata fuere sacrificia, 3
num publica, tum privata; cap. 4. Genes. Dicit Aristoteles lib. 5. Et hic
cap. 7. sacrificare quidem capra, vel ove, esse juris proprii alicujus Civitatis, & consequenter Civilis; sacrificare autem in genere esse Juris
Gentium Naturalis.

Introducta sacrificia maximè tres ob causas; 1. Nempe ut honoris & laudis divinitati debitæ signaretur testimonium: 2. Ut beneficiorum acceptorum haberentur gratiae; & postularentur necessaria:
3. Ut repellentur noxia. Petr. Gregor. in Institution. de Benef. cap. 2.
num. 2.

Sacrificare autem nihil est aliud, quam Deo offerre munera: vel 5
brevis. Sacrificare est officium quod rei divinæ facienda causa im-
penditur. Plato in Euthyphone.

Primum Deo Sacrificium, secundum Hebreos, Deo obtulit pri- 6
[A] 3 mus

inus
sonis
Ecclesiade

IV.

z

6 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

mus homo Adam; & quidem bovem; ritumque illum in Spiritu dicitur filios suos. Obtulit Cain agricola è fructibus terra munera Deo. Abel pastor ovium, de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum. *Genes. 4.* Dehinc Enoch filius Seth, aliis rebus seculi operam navibus, nomen Domini invocare coepit publicè, & religionis Sacerdotum & cultum profiteri & exercere publicè. *Gen. 4.* Necnon post diluvium adificavit Deo altare, & sacrificavit de cunctis pecoribus, volucribus animalibus mundis. *Genes. 8. vers. 20.* Melchisedech, Rex Salem, oblatum Domino panem & vinum; *Genes. 14. vers. 18.* D. Paulus ad Hebreos cap. 7. vers. 3. *Joseph. lib. 6. Belli Iudaic. cap. fin.* Abraham adificavit peregrinatione sua, inter Bethel & Hay altare Domino, & invocauit nomen Ejus: *Genes. 12. vers. -- & 13. vers. 4.*

7 Dicit D. Hieronymus in traditionib. & epist. ad Euagrium, & consenserunt Hebrei, à Noe usque ad Aarone, Sacerdotes & Pontifices fuisse omnes primogenitos. Moyses iussu Dei religionis cultum condonavit, certos delegit & ordinavit Sacerdotes & ministros; determinavit sacrificia, tabernaculum, altare, oblationes: *Exod. cap. 8. cum seq. usq. ad 31.* & serè per totum *Leviticum*. & princ. *Numerorum*.

8 Sacerdotibus illis, post ingressum populi in terram promulgata & divisionem ejus factam, relate illis fuere primitiae & decima centum & oblationes: *Num. 18. & 34. Josua 14. Ezechiel. 44. c. caus. 4. comp. de verb. signific. can. 1. caus. 4. qu. 4. c. prohibemus. de decim. Statutum etiam quid ex sacrificiis deberet esse Sacerdotum. Levit. 2. vers. 1. & 7. vers. 6. & 10. vers. 3. & 24. vers. 9.*

9 Imitati hoc fuere Idololatrica Ethnici; Quanquam enim veri Dei notio ex Idololatrorum mentibus exulasset, attamen ea quæ erant religiones, retenta sunt in superstitione. Veteres alii pro sacrificio offerabant Deo bonam & gratam voluntatem, preces, laudes, hymnus, Odas: alii thura, fruges: alii animalium victimas; ut Baccho caprines, Ovid. 2. de Ponto. velasimum; Plinius histor. natural. lib. 24. cap. 22. Cerci porcam; Diana cervam; Isidi anserem; Soli equum; Ovid. 1. Fastor. Immolabant Diis suis nonnulli taurum, gallum, oves, anteros, porcos; imò & homines; ut olim Chii, Arabes, Schytæ, Phœnices, Galli, & similes, de quibus vide Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 5. & 7. lib. 1. cap. 6.

Cory
De Per
er Benefi

G

6. *Alexand. Genial. Dier. lib. 6. cap. fin.* & Patrum notorum memoria ante Hispanorum appulsum, Peruani, Mexicanis; adhuc Tartari, qui Magno Cham; Indi qui Magno Calamihan subfunt; aliquo. Alii offerebant, & adhuc offerunt, spolia, vota, aliae in sacrificium & in cultum munera, secundum ritus & placita vel propria, vel publica. Habuit & habet adhuc unaquaque Gentilium natio in sua superstitione Sacrificulos, Sacerdotes, sacrorumque ministros. Aethiopes, Phoenices, Phryges, habebant siros, habebant & suos Graci; vid. *Jul. Polluc. lib. 1. Onomastic. cap. 18.* Romani habebant siros Flamines, Dialem, Martialem, Quirinalem, Criminalem, Vulcalem, Carmentalem, &c. Sacerdotes, Potitos, Pinarios, Arvales, Angures, *Livius lib. 1. Dionys. Halicarnass. 2.* Salios, *Idem lib. 12. Plutarch. in Numa.* alias; Habent adhuc hodie Indi siros Bramines, Grecos, Talagrepes, Rolims, Neepois, Bicos, Sacureos, Chanfarauhos; Chinenses siros Calagrepes, Menigrepes, aliasque; Japonenses siros Bangos, Jammahoos; aliquo Barbari siros.

Cum Sacerdotibus habuit, etiam superstitione curam Illorum, utro sacrificiorum: Refert Aristoteles *lib. 7. Polit. cap. 1.* Sacerdotibus fulle circatempla commissationes institutas: Herodotus *lib. 2.* Aegyptios Sacerdotes nihil ex re domestica, omnia ex publico impendisse: Dion. *Halicarnassus lib. 2.* Romanis Sacerdotibus annonas das ex publico, certosque reditus collegii Sacrificulorum fuisse distinctos: Plinius *Histor. natur. lib. 12. cap. 14.* Sacerdotes Arabie, ex thure, quod ex Arabia defertur, Sabotham nomine Dei sui, Sabin dicti, certam mensuram accepisse: Et d. *lib. 12. cap. 19.* Sacerdotes Aegyptios cinamomi decimas accepisse. Et *lib. 8. Histor. natural. cap. 2.* Veteres Romanos vina aut novas fruges non degustasse, priusquam Sacerdotibus primitias libessent.

Eandem Sacerdotum curam habet ad hunc hodie superstitione; Indi siros Sacerdotibus reditus dant plusquam regios; Chinenses alunt eos ex publico: Japonenses, ut & in India Siameses, Sacerdotes, aliqui habent certos reditus ab Imperatore, aliqui sustentantur ex Eleemosynis plebis.

Si Sacerdotum curam habuit Lex Testamenti veteris, si Ethnica **12**
Super-

inus
sonis
Ecclesiastis

I V.

Supersticio; majorem habuit largiendo iis & Ecclesie bona Antiqua Ecclesia Christiana, & habet Hodieerna. Sed, ut hoc intelligatur nullius, Bonorum quæ Ecclesia possidet origo, finis & usus à Chresto & Apostolorum ejus temporibus sunt deducenda.

13 Habuit, ut testatur Sacra Historia, Servator Noster, sicut aliquas, sed pertenues: ita ut saltem non teneretur mendicare; quod nonnulli, propterea damnati, asserrere non dubitarunt: *cap. cum obo nonnullos. 4. cum seq. de verbis significat. in Extrav. Johan. 22.* Solita enim Dominus pecuniam sibi oblatam aut quoquo modo quasdam diligenter custodire, ut ex ea tam sibi, quam secessoribus & comitibus suis compararet & victum & vestitum *D. Joan. 13. vers. 29.* Dicit de gustinus; *Habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conservans, & eorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. can. habebat. 12. qu. 3.* Tribuebat enim eis exigua, sed sufficientia sine inopia; admonebat ut, in Deo spem solam ponentes, non essent solliciti de rebus temporibus, ut nihil possiderent, nec etiam deferrent peram, non aurum, non argentum in zonis, non haberent duas tunicas, non virginem; sed siem certò nutriendosiri, cum mercenarius mercede suâ sit dignus: *D. Matthaeus cap. 10. vers. 9. D. Lucas cap. 9. vers. 2.* Verum dixit eis *D. Matthaeus cap. 6. vers. 31. cum seq.* Nolite solliciti esse, dicentes, quid manducabimur aut quid bibemus, aut quo operiemur, hac enim omnia gentes inquirent; scit enim pater vester celestis; quia his omnibus indigets. Queritur primum regnum Dei, & hoc omnia adjicientur vobis. Nolite igitur solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficiens diei malitia sua. Sed dixit hoc non, ut nihil pecuniae servetur à Sis. Etis, sed ne propter ista serviatur, & propter inopiam timorem justificatur. *d. can. habebat. 12. qu. 1.*

14 Formam ergo pecunie Ecclesiastice primus instituit Christus. Eius mortuo & in celum sublato, Apostoli, & Discipuli, Cultoreisque eius non mediocrem leguntur posse dispeccare pecuniae vim, adeo ut quamvis eorum numerus esset ingens, tamen inter eos nemo reperiretur egreditus. Qui catechizabatur in fide, communicabat in omnibus bonis; qui dilectum catechizabat: *D. Paul. ad Galat. 6. vers. 6.* Qui altaris service alterius vivebat: *D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 9. cap. cum secundum Apollonius.*

Corvinus De Pecunia et Beneficis

G

LIB. I. Tr. I. De Origine Beneficiorum. 9

Iam 16. de probend. Fiebant etiam collectæ cleemosynæ ex diversis regionibus, qui distribuerentur & mitterentur his qui egerent: D. Paul. epist. ad Galat. 2. vers. 10. Imò, ut scribit D. Lucas Actor. 4. vers. 32. Multitudinæ credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illæ omnia communia. Et quotquot erant possessores agrorum aut domorum, vendentes afferbant pretia, & ponebant ante pedes Apostolorum, qui distribuebant oblata, per Diaconos juxta necessitatem cuiusque. Idque secundum præceptum Dei, Dext. 15. vers. 4. ubi, *Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.*

Eadem referuntur à Clemente, qui illis temporib[us] fuisse creditur; in epist. 5. relax. in can. Dilectissimis. 12. qu. 1. qua fratres & condiscipulos suos ad bonorum communicationem hortatur.

Quod autem maluerint primi Christiani ex prædiorum venditione, ne conficeret pecuniam, quam retinere ea, & ex eorum fructibus se ipsos alere, Melchiades Papa, can. futuram. 15. d. caus. & qu. id factum scribito, quia cum futuram Ecclesiam in Gentibus viderent, prædia & possessiones in Iudea adipisci ntile non putaverunt.

Nec Christiani ad istam bonorum communicationem adstringebantur. Legi aliqua, sive ciebant id ex libro piæ voluntatis proposito, non nunquam ex promissione, ac voto intercedente: Intelligebant satis, cùm Christo non fuisse præceptam, & proprietatem dominiorumque distinctionem, quæ hominum rationem naturalem sequentium consensus recepta, nec Divino Juri, nec Christianæ religioni esse repugnare. Ea siquidem est hominum corruptio & improbitas, ut humana societas retineri & conservari nequeat commode, Platonica inter homines indiscriminatum constitutâ communione. Si qui tamen affectu illomutuo & charitate, quam nobis commendavit & præcepit Christus unice, ita ducantur constantissime, ut non modò ultro conferant facultates, sed operam quoque suam, laborem, industriam, eorum absque dubio in hac æquabilitate & rerum omnium communicatione vita futura erit jucundissima & felicissima. vid. Duar. de Sacr. Eccles. Minif. lib. 2. cap. I.

Idèo autem dominiorum proprietas & distinctio probatur Jure [B] Gen-

inus
sonis
Ecclesiastis

IV.

Gentium, cui minime refragatur religio nostra, quia obtineri ab hominibus non creditur in tantis eorum vitiis, ut sine fraude & discordia perseverent communione. Proinde cum Ananias & Sapphira temeritatem agri venditi pretium, parte tantum ad Apostolos per Ananiam latam, D. Petrus non dannavit illum eo nomine, sed quod dolo est, simulatione ac mendacio usus. *Anania, inquit, cur implevit Satana tuum ut mentirevis Spiritui Sancto, & fraudaros de prelio agri? Nam pro�ua tibi manebat, & vendidatus erat in tua potestate!* Adumbratum.

Et hec fuerunt prima Ecclesia Christianae temporibus Apostolorum incunabula, & divitiarum ejus, earumque status & usus.

17 Post Eorum tempora, cum Christianorum numerus intra viginti aut triginta ad summum annos per universum O. bim esse dispensauit. *Irenaeus in I. Justinus ad vers. Tryphonum & viderent utilius fore, si hanc ditates & agros quos vendebant, traderent Ecclesiae, quibus praedicatorum Episcopi, eo quod ex sumptibus eorum tam presentibus, quam temporibus futuris, plura & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam ducentibus, quam ex prelio ipsorum; cooperunt praedicti agros quos vendere solebant, matribus Ecclesiae tradere, & sumptus eorum vivere.* can. videntes. can. expedit. can. duo sunt. eaus. 12. q. 1.

Ex eo, igitur tempore certum in usque que pius & fidelis praedicti & possessiones dabant Ecclesiae; ex quorum fructibus non solum ministri, sed & alii egentes alerentur.

18 Ac prae ceteris Imperatoris Constantini celebratur liberalitas Ecclesiam, can. *Constantinus. diff. 96. can. futuram. 12. qu. 1. 1. C. de SS. Eccles.* Nulli tamen plus contulerunt Ecclesia Romana, necepsis potentiam auxerunt, quam Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Francorum Reges, & Romanorum Imperatores. Pipinus Sed Apostolice, donavit Ravennam cum Exarchatu toto; Anastasius biblioth. in Stephano 3. loquens de Faltado Abbatе, dicit; *Ipsa electam Ravennatum Urbi, quam diversarum Civitatum ipsius Ravennatum Exarchatus, una cum supradicta donatione de his à suo Rego (Pipino) emissa, in Confessione B. Petri ponens: Eadem Apostolos, & Vicario Sanctissimo Pape, atq. omnibus ejus Successoribus, Pontificibus perenniter possidendas atq. disponendas tradidit.* Carolus Magnus, non

Cory. De Specie Beneficii

G

LIB. I. TIT. I. De Origine Beneficiorum. II

tantum renovavit donationem à Patre Pipino factam; sed & auxit. Dicit idem Anastasius eodem loco: & universum Exarchatum Rivenatum, scit antiquitus erat, atq. (legendum usque) provincias Venetiarum & Hystriam, nec non & cunctum Ducatum Spoletinum, & Beneventum. Fecit idem Ludovicus Pius. ut test. can. Ego Ludovicus. dicitur; Donavit etiam Pontificis ditioni Otho Magnus Imperator Civitatem Alderburgum cum Obtritorum ditione omni, usque ad fluvium Panis & civitatem Demin. Crantz. lib. 2. Vandala. cap. 31.

Maluerunt etiam plures se suaque potius subjecere Ecclesiae, ut 19
nurici & matri, quam ditioni & Imperio Principum. Unde temporo-
rum successu, tot Ducatus, Comitatus, Principatus, quot nunc sunt &
fuerunt, accesserunt Ecclesiæ.

Eo pacto Saxones à Carolo Magno superati, inquis animis tule-
runt Imperium, nec quieverunt prius, quam ut Episcopis permitteren-
tur: Crantz. d. lib. cap. 22. Constitutis & erectis & dotatis propterea
à dicto Carolo Magno, Sedibus Episcopalibus per Germaniam ferè
omnibus.

Commemorare possem hic non tantum aliorum Principum, Re-
gum, Imperatorum, sed & aliorum piorum hominum, beneficia in-
genia in ceteras totius Orbis Ecclesias undique collata; sed descriptio
qus reijustum desideraret volumen.

Faciebant autem istas oblationes Principes, ut Episcopi populizos
pollent conciliare sibi favorem, & honorabiles essent Regulis; ut de se
ex Otho Magnus: d. loco Crantz. cap. 31. faciebant idem, ut & alii pii
homines, in redemptionem peccatorum.

Quale illud est, quod de Hilario Episcopo Arelatensi Prosper me-
morie mandavit; Nempe eum acceptis fidelium numerosis hæredita-
tibus, mirum in modum locupletasse Ecclesiam: d. can. expedit. 12. qu.
1. ex quodcā cāteris fieri potest conjectura.

Prater istos redditus, præterque decimam partem non fructuum 21
modo, sed & negotiationis, quæstus & lucri, de qua postea, & alias
quædam largitiones, quotidie in sacro ipso conventu siebant oblatio-
nes ad altare, Theodoret. lib. 5. cap. 18. can. omnis. 69. de consecrat. dicitur. 1.

[B] 2

Non

inus
sonis
Ecclesiæ

IV.

Z

12 ARNOLD. CORYN. De Benefic. Ecclesiast.

Non ergò mirum, quod nunc omnibus testatum est & manifestum, Ecclesiæ opes excrevisse in immensum.

De oblationibus Ecclesia Romanae earumque abusis, loquitur Ammianus Marcellinus. *bistor. lib. 27.* *Damasus*, inquit, & Uficiis supra modum humanum ad rapientiam Episcopalem Sedem ardentes, scilicet studiis afferrimè conflicitabantur, ad usq[ue] mortis & vulnerum discrimini, adjumentis urtisq[ue] progressis, que nec corrigere sufficiens. Vivunt nec mollire, vi magna coactus succedit in suburbanum, & in concertatione superaverat *Damasus*, parte, que ei fovebat instante. *Constat* in *Biblio* ca *Siceti*, ubi ritus Christiani est conventiculum, uno die centum triginta septem cadavera reperta peremptorum, efferata magis diu plebem, aere post delimitam. Neq[ue] ego abnuo, ostentationem rerum considerans urbanarum, hujus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt, omni contentione latroni jurgari debere, cum id adepti, futuri sint ita securi, ut ditentur oblationes matronarum, procedantq[ue] vehicularis insidentes, circumiecte vestiti, quis curantes profusas, adeo ut eorum convivia, regales superent mensas, non esse poterant beati revera, si magnitudine Urbs despectu, quam visita affinunt ad imitationem Antifitum quorundam provincialium viverent, qui tenuit a sedendi potandisq[ue] parcissime, vilitas etiam indumentorum, & specie humum spectantia perpetuo. *Numini verisq[ue]* ejus cultoribus ut posse commendant & verecundos.

22 Omnes autem hujusmodi obventiones, redditus ac oblationes sua potestare habebat olim Episcopus; *can. præcipimus. 12. qu. 1-4.* per venit. 16. qu. 7. sed ita tamen, ut eas res non dispensaret Ipse ac admisisti arct, sed Diaconis, Hypodiaconis, Occonomis ac Defensoribus, rum dispensationem distributionemque committeret, qui administrantis suæ postea Ipsi redderent rationem. *can. Episcopus. d.c. 12. qu. 2.* *can. nobis. 12. qu. 2.*

23 Distribui debebant, præcipue pauperibus quorum ingentem numerum alere solebat Ecclesia; unde & bona Ecclesiæ passim in verbis canonicis dicuntur patrimonia pauperum. *can. 49. quia iusta. 1. qu. 1. can. convenior. 23. qu. 8. vid. can. sicut ii. in fin. dift. 47.* D. Augustinus sermone 219. de tempore. *can. 66. decime. 16. qu. 1.* eos qui decimas non persolvunt, tot homicidiorum reos futuros, ait, quot pauperes

Coryn
De Per
er Beneficiis

G

memorii fuerint, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis usibus referant. Divus Ambrosius lib. 2. de offic. cap. 28. inquit; *Aurum Ecclæ habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus.* Quid est opus custodire quod nihil adjuvat? An ignoramus, quantum aurum oportet de templo Domini Assyrii sustulerunt? Nonne dicturus est Dominus cur passus es tor inopes fame mori? certum habebas aurum, unde ministrasse alimoniam; &c. can. 70. aurum. 12. qu. 2. D. Hieronymus in Nepotian. de Vita Clericorum scribit; *Gloria Episcopi est: pauperum inopiae providere: ignominia Sacerdotis est propriis staderet drotiis: can. gloria.* Nidus. & qu. Et Idem ibid. vers. amico; *Amico rapere quidpiam sursum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est; accepisse pauperibus erogandum, & surientibus plurimis, illud reservare vel cautum esse velle, vel timidum, aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædorum sceleritatem superat.* Sunt enim bona Ecclesia Christi patrimonium. & cum ex eo. § 3. §. nos super. de elect. in 6. & dominum eum penes Deum.

Inter pauperes quibus eorum debetur usus, & numerantur Ecclesiæ Præpositi, cum & ii proprium non habeant. d. can. expedit. 12. qu. 2. Proinde id in can. fin. quoniam quicquid. 16. qu. 1. distinguitur, ut ita participare debeant in bonis Ecclesiasticis Præpositi, si aliunde nihil habent, non aliter; additurque sententia, Ecclesiasticis valde timenda, ex D. Hieronymo ad Papam Damatum; *Qui bonis parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est (de bonis agit Ecclesiæ) accipiunt, sacrilegum incurvant & committunt, & per abusum talium, judicium manducant & bibunt.* Consonat can. Clericos. 1. qu. 2. Dicit D. Prosper lib. 2. de vita contemplativa cap. 9. & 10. in can. 7. pastor. Ecclesiæ. d. 1. qu. 2. & Concilium Aquitanum can. 107. quod Pastor Ecclesiæ in quibus sua sufficient, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud habebus dare, quam perdere. Et quod nec illi qui sua possident, nisi sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo unde pauper victus erat, accipiunt; &c. Dicit D. Augustinus in epist. 50. ad Bonifacium Italiam in can. 3. quod autem nobis. 23. qu. 7. bona Ecclesiæ esse pauperum, & Præpositorum, si pauperes sint, & ut compauperum: Verba eius sunt; *Quæ tamen bona, si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt & illorum.* Si autem privatim quæ nobis sufficient, possemus;

[B] 3

in us
sonis
Ecclesiæ

IV.

z.

ARNOLD CORVIN De Benefic Ecclesiast

sidemus, non sicut illa nostra, sed pauperum, quorum procuracione modo gerimus, non proprietatem nostram usurpatione damnable vendicamus.

Videant & Ecclesiastici quid de bonis Ecclesie ab illis possent sentiat D. Chrysostomus inc. 26. D. Matth. homil. 86. Legimus quo Socratem lib. hist. 8. cap. 12. Chrysanthum Episcopum nihil prae duos panes pro viatu, singulis diebus ex bonis Ecclesie accepisse.

25 Porro ex dictis patet ecclesiasticarum facultatum dispensationem Episcoporum arbitrio fuisse commissam olim. Verum ob cupiditatem quorundam parum recte ac sincere administrantium nonnullaque veteres ipsius prescripserunt dispensandi modum & rationem. Nempe ut siant tam oblationum, quam aliarum quarumcunque observationum, partes quatuor. Quarum; Prima distribuatur pauperibus Altera Clericis officio divino vel ministerio laboribus; Tertia ad fabricam Ecclesie, & ad eam sartam testamque habendam: Quam retineat Episcopus hospitalitatis exercenda causa. can. vol. 6. can. Pd. turana. can. concess. can. quatuor. can. de redditibus. 12. qu. 2. can. Prof. lum. 16. qu. 3.

26 Causa profecto justissimæ: sed, ut est humanarum rerum conditione, nimirum in eodem statu permanentium, haec rerum communis distributio, ad extremum pro�us antiquata & sublata est, ac minister singulis certi adjuncti & assignati redditus, quibus ministri fruuntur quamvis propria: cosque ipsi dispensent atque administrant arbitrio suis nullius aut Diaconi opera, aut Episcopi auctoritate: & hos redditus ministerii attributos hodie vulgo appellamus *Beneficia*.

27 Quiam partem abstulerint pauperes, in hoc, ut ita dicam, inquit Duarenus d. tract. lib. 8. cap. in fin. familiæ erescundæ judicio, minime nondum plane compertum est.

Saltem considerari deberet intentio eorum, qui largii sunt bona Ecclesie: utpote quæ secundum eam, si quod iustum est ferventer expendi debent, nec possunt in usus converti alios. l. 1. & 4. ff. de admiss. ver. ad civit. pertin. nisi fortasse ex causâ in magis pios. mg. leg. tumecivitas. 16. cum seq. ff. de usu & usufr. legato.

27 Usutamen hodie receptum, ferè ubique, ut beneficiari disponere & testari possint de beneficiorum fructibus perceptis. Anrederon de

Cory.
De Specie
er Beneficiis

G

puto hic. D. Augustinus in tract. 50. in Johananem. cap. 12. relatus in
ut Exemplum Domini accipe. 12. qu. 1. inquit; *Exemplum Domini ac-
cepit veritas in terra.* Quare habebat loculos cui Angelus ministraver-
at: nisi quis Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Quare fures
dixi: nisi ut teipsa Ecclesia patienter furestoleret? Dicitur in cap. ad hoc.
lustramentum non possit beneficiatum de fructibus beneficij disponere, ni-
per viam Eleemosynae: etiam in favore dei pauperum propinquorum;
i.e. de cohabit. Cleric. & mulier. can. omnis in confitemur. Et illi Gloss. non
autem ob pompam & fastum propinquorum: quia cum & dantes & ac-
cepentes tenebentur ad restitutionem. can. per venie. 17. qn. 7. In can. per-
tent. 1. qu. 3. Gregorius VII. Episcopos qui non Sacerdotibus sua Di-
acecos decimas & oblationes dabant, sed Militibus Laicis servitoribus
(scilicet) & quod gravius, consanguineis, ponit inter maximos
hereticos & Antichristos & Simoniacos.

Quare non esset hic contemenda Principis Secularis auctoritas, 28
qui habet Imperium a Deo, & ut Christianus debet conservare Ecclesiae
bona: per quam caveretur sollicito, ne bona & redditus Ecclesiae venirent
in abutum. Sic olim Rex Iuda Joas, Pontificis Joadae consilio, pro-
tulit Sacerdotibus pecuniam accipere, in templum Dei per Sanctos &
tunc unites consecratam & oblatam a Populo: neque ex gazophylacio
scipiebat pecunia ad ulla opera, quin ad esset Regis Scriba & Ponti-
fi in eis numeratione. 4. Reg. 12. & 2. Paralipom. 24.

Et quidem Principis Ecclesia, Praepositos in his privilegiis & li-
beratibus conservare; verum ultra in malis, debet prius imboris Ec-
clesie providere: Reipublice enim habet curam, & Ecclesia est in Re-
publica, non Res publica sola in Ecclesia; ut ait Optat. Milevit. lib. 3. ad
Parmenian.

Sic & Concilium Generale Chalcedonense can. 26. & Carthagi- 29
nense IV. cum viderent Episcopos dispensatione honorum sibi com-
muni formabut, statuerunt Episcopatibus Oeconomos pro bonis tem-
poralibus regendis, Episcopis administratione ademptria. Quod & fir-
matum Concilio VII. Generali sub Imper. Justiniano I. vid. can. cum
fus. 9. qu. 3. can. Diaconum. can. volumis, quia. dist. 89. Novel. 6. 7.
6. 133.

Cate-

in us
sonis
Ecclesiast

T V.

z

Cæterum prohibitio illa disponendi de fructibus Ecclesie, de quibus non appropriandis, intelligitur de Clericis Beneficiatis habentibus administrationem; non de percipientibus fructus ex Ecclesia ratione mercedis; secund. Gloss. ad c. fin. ad verb. reservari. de officio Ordinarii aut ratione laboris, aut magisterii. ut not. Gloss. fin. ad can. 12. de quodam difft. 37.

TITULUS II.

De Bonorum Ecclesiasticorum Divisione Vulgari.

SUMMARIA.

- | | | | |
|---|---|--|---|
| 1. Bona Ecclesiastica aut
sunt Temporalia, aut
Spiritualia. | 2. Temporalia qua.
3. Spiritualia qua.
4. Debentur Divino Jure
& Naturali ratione. | 5. Hac peperit praestanda-
rum Decimarum neces-
sitatem Iudais & Chri- | 6. Cur Iudais.
7. Cur Christianis.
8. An hi ab earum prae-
tione possint eximi.
9. Papa earum praefer-
ni potest derogare.
10. Ob causam.
11. Cur.
12. Quomodo. |
|---|---|--|---|

Bonorum Ecclesiasticorum vulgo quedam dicuntur tempora-
lia, quedam spiritualia. Abb. & Dd. in cap. consulari. ab
mon. c. quando. de judic.
Temporalia vocant prædia & possessiones, que ex Pto-
cipum aliorumque liberalitate obvenerunt; omni religione pura
prophana.